



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An detur casus, in quo ultima acceptio rei ablatae complens materiam notabilem, non sit peccatum mortale? Ex p. 3. t. 6. & Misc. 2. r. 25.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

mano talia furta non coniunguntur ad efficiendum vnum damnum. Hæc opinio non obstante supradicta Rebellij limitatione, nimis rigida mihi videtur, & si omnino amplectenda esset magnum onus, & scrupulos haberent Confessarij.

3. Dico igitur, contrariam opinionem probabilem esse, & tutam in praxi, quam tuerentur ex neotericis Tannerus in 2.2. D. Thom. disp. 4. quest. 6. dub. 9. numer. 285. Less. lib. 2. cap. 12. dub. 9. num. 52. Salas in p. 2. tom. 2. quest. 88. tract. 13. disp. 16. sect. 27. num. 92. Malderus in 2.2. D. Thom. tract. 4. cap. 1. dub. 5. casu 3. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 21. numer. 22. asserunt enim, quando plures alicui graue damnum scienter inferunt per minuta furta, ab vnoque eorum diuisim commissa, vt nullus alium iuuerit, nec in causa fuerit, vt alius concurreret, non peccare mortaliter, neque teneri ad restitutionem. Ratione probatur hæc opinio. Omnis ex his, qui ita furatur, infert paruum damnum, ergo ex hoc capite non peccat mortaliter. Deinde qui ita furatur, nemini est causa, vel occasio furandi alias patuas quantitates. Ergo ex eo; quod alij furetur, non aggravatur eius peccatum; non enim cooperatur simpliciter magno damno, sed in parua quantitate, & præter ipsius intentionem est, vt illa parua quantitas cum aliis furis minimis iungatur. Aliæ rationes fusæ adducuntur à Lessio, Salas, & Sanch. *ubi supra*. Restat nunc respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur esse causam partialem damni notabilis, vt est in nostro casu, non est esse causam eius simpliciter, sed secundum quid. Ergo illud furtum non erit peccatum mortale, siue sit causa illius damni accipiendo, siue retinendo, quia non verè influit illud damnum notabile, cum præter intentionem, & per accidens eueniat furtum aliorum.

RESOL. VI.

Quis post quantitatem notabilem per minima furta sublatam addit furta parua, quaeritur, an per quodlibet nouum furtum, nouum peccatum lethale committat? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 43.

§. 1. Prima opinio affirmatiua est Ferdinandi Rebellij de oblig. iust. p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 4. n. 38. Bonac. de contr. disp. 2. q. 8. punct. 1. n. 4. & Sanch. in summ. tom. 2. lib. 7. c. 21. n. 7. nam ita illam quantitatem præcedentem, & damnum notabile vult facere maius, nec enim propter prius peccatum commissum fur melioris conditionis effici debet. Deinde fur per illud nouum furtum, & aduertentiam præteritorum, sine vlla voluntate restituendi, implicite renouat actum voluntatis retinendi notabilem rem alienam. Sed actus peccatorum, quoties renouantur, toties peccatum nouum committitur. Ergo, &c.

2. Secunda opinio media est nostri P. Megalæ 2. 2. lib. 1. cap. 1. q. 3. n. 35. ait enim; Vel fur dum noua furta committit, actum voluntatis non restituendi interrumpere per aliquem ex modis, quibus interrumpuntur actus peccatorum; aut talem actum non interrumpere. In primo casu, censet furem toties peccare, quoties furtum leue cum aduertentia priorum committit; fecus autem in secundo casu.

3. Tertia opinio negatiua est Ioannis de Salas in p. 2. tom. 2. q. 88. tr. act. 13. disp. 16. sect. 27. num. 90. Leonardus Lessij de iustit. lib. 2. c. 12. dub. 8. num. 44. & Filiucij in 99. moral. tom. 2. tract. 31. cap. 10. n. 246. per se non esse peccata mortalia furta illa parua, quæ postea adduntur ad præteritam magnam quantitatem. Ratio est, quia non consummant notabilem quantitatem, sed consummatam augent. Erit igitur peccatum lethale sola illa voluntas retinendi illa minuta furta simul cum aliis, &

Tom. VII.

hoc peccatum voluntatis, & externæ retentionis sensim crescat, prout plus, & plus retinebitur. Si verò illa noua furta, nouum peccatum mortale inchoent, & ascendant ad notabilem aliam quantitatem, erunt tunc peccata mortifera. Hæc opinio, vt sunt & alia duæ priores, est etiam probabilis, & tuta in praxi. Vide etiam ea, quæ de hac questione diximus probabiliter in tract. de paupertate Religiosa.

RESOL. VII.

An deus casus, in quo vltima acceptio rei oblatæ, complectens materiam notabilem, non sit peccatum mortale? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 25.

§. 1. Affirmatiue respondet Granado in part. 2. D. Thom. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 3. num. 51. ubi sic asserit. Cum quis committit vltimum furtum, si habet animum citò restituendi vltimum illum obolum, aut aliquid aliud, ita quod non velit retinere sibi notabilem quantitatem; non peccabit mortaliter in illa vltima acceptione complectens materiam notabilem, quia acceptio rei alienæ non est mortalis, quando fit animo restituendi illam, ita citò, vt ratione dilationis non inferatur domino damnus alicuius momenti. Sicut, etiam si cum homo furatur vltimum obolum, iam consumpserit omnes quos prius subriperat, nec habebat vnde solueret, non peccabit mortaliter, dummodo habeat animum soluendi illam quantitatem, si fortè aliquando peruenierit ad pinguiorem fortunam. Probatur, quia in hoc vltimo furto solum potest peccare mortaliter, quia inuito domino vult fur retinere saltem per longum tempus notabilem quantitatem, id autem in prædicto furto non inuenitur; nam ipse in vltimo furto solum vult obolum retinere, & potest dolere de furtis præcedentibus; obolos autem, quos prius subriperat, non vult retinere inuito rationabiliter domino, quia ipse non potest modò soluere, & paratus est ad soluendum si fortè poterit. Ergo modò non inferat proximo grauem iniuriam, ac proinde non peccat mortaliter. Hæc Granadus, quæ sunt valde à Confessariis adnotanda, quia sunt quotidiana & valde practicabilia.

RESOL. VIII.

Quis rusticus confessionem audiuit, qui mulum subriperat cuiusdam Viri Nobilissimi, & præditiui, & per spatium multorum annorum locauerat, dubitans tunc, an non solum ad restitutionem muli, sed etiam ad pretium locationis teneretur? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 50.

§. 1. Et pro parte negatiua stat Nauarr. in man. c. 17. n. 25. & Ludouicus Lopez in instruct. part. 1. c. 101. in fine, qui docent, eum qui totquem aureum furto accepit, si illum locauit, non obligari ad restitutionem pretij locationis; ergo à simili, & in casu nostro. Et probari potest hæc opinio; nam fructus alicuius rei, purè industriales non sunt restituendi, sed tantum fructus naturales, vt docet Syluester ver. furtum, quest. 19. & ver. restitutio, 3. quest. 7. & 9. & DD. communiter; sed istud pretium locationis pertinet ad negotiationem, & industriam; ergo non est restituendum.

2. At contrariam sententiam amplexus est Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 132. & nouissime Malderus & Turrian. in 2.2. D. Thomæ, hic tom. 2. disp. 18. dub. 2. numer. 14. ille tract. 4. cap. 1. dub. 10. Ratio est, quia illud pretium, non est fructus purè industrialis; quia non respondet soli industriae, sed ipsi rei; licet enim in locatione possit esse aliquid industriae, pretium tamen

N 3 vsus

In Ref. quæ hic est in tom. 7. tr. 1. Ref. 41. & Sed his sed lege eam attentè per totam, & si placet etiam alias eius not. 1.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 41. & lege eam per totam, & doctrina repleueris pro ceteris circumstantiis circa hoc, & hoc supra in tr. 1. rel. 1. signanter in fine.